

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuicium b
cum fonte primo

Si non aurem solam percutit iracundia criminantis,
uerum eciam conscienciam mordet ueritas criminis,
quid michi prodest
si me continuis laudibus mundus attollat?
Ita nec malam conscienciam sanat laudantis preconium,
nec uulnerat conuiciantis obprobrium.

Augustinus contra Petilianum libro III.

quid ergo nos, quantum ipse donat,
defendentes domum eius ab inimicis eius
aliud sperare debemus?
si patrem familias Beelzebub uocauerunt,
quanto magis domesticos eius!
si ergo toleramus, et conregnabimus;
si autem non aurem solam percutit iracundia criminantis,
uerum etiam conscienciam mordet ueritas criminis,
quid mihi prodest,
si me continuis laudibus totus mundus attollat?
ita nec malam conscienciam sanat laudantis praeconium
nec bonam uulnerat conuiciantis obprobrium.

Augustinus Hipponensis, *Contra litteras Petiliani*, 3.7.8
(CSEL 52, M. Petschenig ed., p.170, ll.6-14).